

## - Ista : Latin Goes Hip-Hop ! -

(paroles des chansons du groupe de Hip Hop allemand Ista)

### **Ista ?! (Die Da?!)**

(dt.: Duerr/Riecke/Beck/Schmidt; lat.: ISTA)

Salve Thomas! **Salve! Valesne?** Valeo! Iterum est Veneris eadem caupona. Nunc mihi narrandum est, quod mi acciderit. Nunc adiuvor Fortuna optima expectans. **Hem, siste! Quid?** **Quid?** Diligentissime dicam! **Itane??!** Die Saturni incendebar amore; virginem tetigi, quae sat mi placuit, tum in discotheca cortices sonitu extrahi. Tum iuxta me stabat et inter nos colloctui et tum eam invitavi. Haec enim velle visa est; iocis laetantes multaque ridentes diem statuimus et iterum convenimus; circum visitavimus, quo convenimus. **Tabernas visitastis?** Visitavimus. Tam elegans tam curvum corpus habet, ut revera tibi videnda nam illa tam venustast.

**Estne ista, quae ante portas stat? Vel ista, qua te mente captum fit?**

**Estne ista ornata vestibus induita?** Immo, istast, quae Veneris non venit!

**Estne ista, ista, ista, ista, ea? Estne ista, ista, ista ? aut ista?**

**Estne ista, ista, ista, ea? Aut ista? Immo, Veneris non venit!**

Res tibi evenit Smudo, op ? ti ? me! Certum tu habe me tecum gaudere. Gaudio affectus et, si tua interest, dico mihi factum est aliquid simile. Proximo die Solis theam bibo aliquo et me bellissimam ad mensam stare conspiciente ad eam adeo et isti theam appeto. Et confiteor me divitem simulavisse. Sed optime evenit! Cur ego sollicitor?! Nam loquimur, condicimus nobis in tertium diem, Et cum ea ludos spectare volui, sed pro circa cenavimus spectaculis cognitis, melius putavi in taberna eam ducere in angulum secretum. **Et debitamne solvit?** Omnino non! Consuetudinem dixit se habere mecum, ex quo expecto, si revenire velit.

**Estne ista, quae ante portas stat? Vel ista, qua te mente captum fit?**

**Estne ista ornata vestibus induita? Immo, istast quae Veneris non venit!**

**Estne ista, ista, ista, ista, ea? ...**

**Quae ista? - Quae ista? ? Quae ista? Quae ista? Bellissima !!!**

Hem Thomas! Tanta nobis sunt communia. Ex proximo die Solis non iam soli sumus. **Cum ea colisti? Consilium cepi brevi (gemitus!) cum ea (gemitus!) co- (gemitus!) ?ire (gemitus!).** Tu gaudeas! **Grate!** Sed mihi cogitandumst, cur mihi tempore dona dananda sint. **Cui dicas? Argentum me deficit; nunc mea novas vestes habet in armario.** Nova tunica induita me visitavit et ex me quaequivi quomodo id solvere potuerit. Et die Veneris solutus sum neque adest. **?Eh! Attende Smudo, haec ist mea!** Quo (loco)? **Haec ist ista, quae ante portas stat!** Quid?! Haec est ista, quae mihi est in animo! Quae? ISTA??!! **Quis est ille homo?** Hanc esse causam cur Veneris non veniat!

**Est ista, ista, ista, ista, ea! Est ista, ista, ista ? est ista!**

**Est ista, ista, ista, ea! Est ista - veneris non venit!**



### **Eveniat optime (Es wird ja alles wieder gut)**

(dt. Text: Pape/Reinsdorf/Eren; Musik: Jahnke/Reinsdorf; lat. Text: ISTA)

#### **Eveniat optime, eveniat optime.**

Hercle! Noctuis consilium perfectum orgiorum cepi, sed evenit calamitas hora sexta, cum ante portas pristina (fuit). Dico: "Pol! Te milvam defututam! Quid tibi est agendum? Quid de libidine vetusta? Insero fascinum in novam!" Sed hilare me derisit, (istam) abituram speravi, cum oculis cupidis me inspicaret. (Ea) interrogavit, quid de coitu presso (esset) hic et hoc in loco. **- Amice, verte tomaculum!** - Aem, quid, quid? Ergo tempus habui neque me paenituit et optime evenisset, si celerius egissem. Quid? Coitu non floristi? Neque portam clausi. Nam cum florui media in extasi, avia advenit actumque spectavit et lumbos nudos spectans, cum podicem manibus tenerem, cito finivit amorem. Porroque?

#### **Eveniat optime ... etc**

Iterum solus perterritus (et) leniter pressus in pelvi deinde me sub pluviis relaxavi sine vestimentis; sed laborem non confeci, nam repente iterum (ad portam) sonatur. Cum umidis capillis advolavi (et) urbane dixi: "Quis adest?" Respondit nemo, excurro. Porta clausa. Plauditur. Spue nunc! Cui virile (tuum) licuit videre? Vicina mea, illa bona, libidinosissima ascenderat scalas, cum decerno: "Curre!" Sed dixit: **"Relaxa, puer! Non es primus gladiator, quem video sine bracis."** Bibit Colam ex pyxide. (Hanc) puellam tanta lingua audaci (esse) omnino non putavi. Praeclare affirmandum est. Neque alia quaequivit neque ulla verba fecit. Et tunica (sua) erigit et fascinum iterum. Sic cadunt vestimenta, ut quasdam res mecum agat. Et ut serpens (me) circumveniebat, cum tertium tinnitum est.

#### **Eveniat optime ... etc**

**Ista orgia praeclara erant, sed rationes conferam: Quid assecurationi est solvendum?** Tibi mandabo privatissime: Isti mi(hi) os percutient. Nam sus sibilans est coctus et caenosae mihi vestes et sella foris ponatur per menses. Et praeterea aqua etiam pura vitae frui efficit medios terrae motus in capite, nam alii aut alii ambulabant per angulos secretos, ut ciccis spondas (meas) incenderent. Flamma exigua in parietem evocata re vera moderata est hoc in spectaculo. **Eo modo celebremus anno proximo!** **Hoc nam vitare non potes et id gaudere non vis, sed semper semperque fiet.**

#### **Eveniat optime ... etc**

## Odi et Amo (Ich hasse und liebe)

Gärtner/Clemens Liedtke 2000)

(Textentwurf nach Catull, Sämtliche Gedichte Musik: Markus

### Odi et amo. Quare id faciam, fortasse requiris. [Cat. 85]

Nescio, sed fieri sentio et excrucior.

Vivamus, mea Lesbia, atque amemus, [Cat. 5]

rumoresque senum severiorum

omnes unius aestimemus assis.

Soles occidere et redire possunt:

nobis, cum semel occidit bevis lux,

nox est perpetua una dormienda.

Da mi basia mille, deinde centum,

dein mille altera, dein secunda centum,

deinde usque altera mille, deinde centum.

Dein, cum milia multa fecerimus,

conturbabimus illa, ne sciamus,

aut ne quis malus invidere possit,

cum tantum sciat esse basiorum.

### Odi et amo. Quare id faciam, fortasse requiris.

Nescio, sed fieri sentio et excrucior.

Lesbia mi praesente viro mala plurima dicit: [Cat. 83]

haec illi fatuo maxima laetitia ast.

mule, nihil sentis. si nostri oblita taceret,

sana esset; nunc quod gannit et obloquitur,

non solum meminit, sed, quae multo acrior

est res, iratast: hoc est, uritur et loquitur.

Lesbia mi dicit semper male nec tacet umquam [Cat. 92]

de me Lesbia me dispereat nisi amat.

quo signo? quia sunt totidem mea:

deprecor illam assidue,

Lesbia me dispereat nisi amat, [eigen]

verum dispream nisi amo. [Cat. 92]

### Odi et amo. Quare id faciam, fortasse requiris.

Nescio, sed fieri sentio et excrucior.

[Cat. 8 (Ende)]

Sclesta, vae te! quae tibi manet vita?

quis nunc te adibit? cui videberis bella?

quem nunc amabis? cuius esse diceris?

quem basiabis? cui labella mordebis?

Odi et amo. Quare id faciam, [Cat. 85 (s.o.)]

Fortasse requiris nescio

sed fieri sentio et excrucior.

at tu, Catulle, destinatus obdura.

### Odi et amo. Quare id faciam, fortasse requiris.

Nescio, sed fieri sentio et excrucior.



## Abiit (Sie ist weg)

(dt.: Duerr/Riecke/Beck/Schmidt; lat.: ISTA)

Hem, hodie (est) iterum unus ex diebus damnatis, quos vix tolero, et me ipsum semper rogo, cur omnibus his sensibus mi omnino ignoratis vexer aut fama omnivaga (notis), nam adhuc cucurri per mundum meum et rex eram, sed quae omnia mi placent, nunc mi parum. Quod me incitavit, de quo numquam satis cepi, melius relinquo, nam desertus ego.

**(Te) non modo desertum putas, sed re vera (es); desine ergo lamentationem, nam res se habent ita hoc in mundo. Etsi (te) non delectat, spectaculum tuum spectas ipse et ipse heros tuus (es).**

Ita est, aliqua recte dicis, et tamen male me habeo merda inquinatus, cognoscam enim, quae pellicula fabularis lauro laureata (sit), in qua non insit actrix prima.

**Nam abiit - AB! Et ego iterum solus, solus.**

**Abiit - AB! Antea mi solum esse placuit.**

**Abiit - AB! Et ego iterum solus, solus.**

**Abiit - AB!**

Id capere non possum! Quid mali inest (in eo), quod nunc non iam ille anhr ei sum? Hic sedeo et in me caco et me aliam numquam requirere sentiam. **Una abiit, quid est? Istane usus es ad eum finem et causam, ut te post tergum abderes? Observare alias prohibitum, (sed) nunc tua (res) agitur!** Ut dixi, grave est, quod sensi mihi (ali)quid deesse, si aliaspraetereo. Quod feci, nam putavi (me) mihi illum iocum tribuendum, nisi prima mihi non iam est, et nunc - **Quid?** ? nunc abi - it et, me miserum, me abdo, alias petere nolo, ergo linge colum!

**AB! Et ego iterum solus, solus.**

**Abiit - AB! Antea mi solum esse placuit.**

**Abiit - AB! Et ego iterum solus, solus.**

## **Abiit - AB!**

Nunc flere debes, valde doleo...

Memini nos ambos (fuisse) lentissimos, sed interius cepi me stultum - nil, nam cum cogitabam omnia ei a me facta, quidquid feci, re vera factum mihi. Hac philosophia adhuc integre vixi curis liber eam ignorans. Puto me ut Icarum (vere) solem petivisse, adulterium exercui mecum ipso. Istane verba callida? Postea semper plura scis, sed, quamquam me a quo defendo, graviter hoc tolero, nam vere vacuus ego, quod ista abiit. Estne ita? ***Ita est, optime dixisti, collega! Nonne te iactavisti omnes te petere? Et nunc specta faciem tuam! Quo advenisti?*** Tibi dico: Abiit et me secum portavit.

**Nam abiit - AB! Et ego iterum solus, solus.**

**Abiit - AB! Antea-mi solum esse placuit.**

**Abiit - AB! Et ego iterum solus, solus.**

**Abiit - AB!**

## **Tu, Romane! (Du, Römer)**

Textentwurf nach Vergil, Tacitus, Caesar, Barwig  
Musik: Markus Gärtner/Clemens Liedtke 2002

Vos raptore orbis, Romani!

Soli omnium opes atque inopiam pari affectu concupiscunt.

Auffere, trucidare, rapere falsis nominibus imperium, atque ubi solitudinem faciunt, pacem appellant.

**TU ROMANE!**

**TU REGERE IMPERIO POPULOS, ROMANE,**

**MEMENTO**

**HAE TIBI ERUNT ARTES, PACIQUE IMPONERE MOREM. PARCERE SUBIECTIS ET DEBELLARE SUPERBOS!**

Vos raptore orbis, Romani!

Postquam cuncta vastantibus defuerre Terrae, mare scrucantur.

Si locuples hostis est, avari, si pauper, ambitiosi,  
quos non Oriens, non Occidens satiaverit.

**TU ROMANE!**

**TU REGERE IMPERIO POPULOS, ROMANE, MEMENTO**

**HAE TIBI ERUNT ARTES, PACIQUE IMPONERE MOREM. PARCERE SUBIECTIS ET DEBELLARE SUPERBOS!**

**Gallia est omnis divisa in partes tres,  
quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli appellantur.**

**TU ROMANE! DEBELLARE SUPERBOS!**

Vos raptore orbis, Romani!

Universi servitutis expertes sumus imminentे nobis classe Romana.

Ita proelium atque arma, quae fortibus honesta,  
eadem etiam ignavis tutissima sunt.

Vos raptore orbis, Romani!

Nos libertatis extremos recessus ipse defendit.

Nulla iam ultra gens, nihil nisi fluctus et saxa, et infestiores Romani,  
quorum superbiam frustra per obsequium et modestiam effugeris.

